

1. Carpzov, Christian : De legitima, quae vocatur ab
Hottomano quarta legitimaria. 1631.
2. Crull, Cornelius : Ad pacificationem religiosam Augus-
tanam de anno 1555. 1631.
3. Carpzov, Konrad : De tribus hereditatem adveniendi modis
et inventarii confectione. 1631.
4. Carpzov, Konrad : De tribus hereditatem adveniendi modis
et inventarii confectione. 1631.
5. Carpzov, Konrad : De pignoris et hypothecis. 1631.
6. Gross, Henning : De jurisdictione. 1631.
7. Gross, Henning : De judiciis in genere. 1631.
8. Gross, Henning : De translatione Imperii Rom.
a Graecis ad Germanos, Modus Imperii status,
et ejus jurisdictione. 1631.
9. Gross, Henning : De jurisdictione. 1631.
10. Krenbergk, Christian : De juribus ac rebus bellicis. 1631.
11. Reutler, Gottfried : De instrumentis, sive litterariis
documentis, 1631.
12. Sperling, Johann : Decas axiomaticorum physicorum.
1631.
13. Carpzov, Christian : De mora. 1632.
14. Carpzov, August : De legatis et fideicommissis. 1632.

15. Grosse, Henning : De donationibus. 1631.
16. Grosse Henning : De testamentis. 1632.
17. Pilschger, Joh. Georg : Artis medicae studioso, 1631.
18. ~~Leysner, Konrad~~ ¹⁶³² : De jure collectandi, 1632
19. Grosse, Henning : De indebiti solutione. 1633.
20. Grosse, Henning : De mutuo. 1633.
21. Olearius, Gottfr. : De justitia et jure 1633.
22. Strauch, Johann : De testamentis. 1634.
23. Lappov, Conrad : De pactis successivis 1635.
24. Grosse, Henning : De effectis sine puenis
injuriarum. 1635.
25. Grosse, Henning : De tutela et cura. 1635.
26. Grosse, Henning : De crimine laesae maje-
statis divinae et humanae. 1635.
27. Praetorius, Friedrich : De donationibus 1635.
28. Praetorius, Friedrich : De furtis 1635.
29. Strauch, Johann : De foro competente 1635.
30. Strauch, Johann : De jure protimiscus seu
retractus. 1635.
31. Taubmann, Christian : Disputatio I . . . ad proem.
Tit. I. de justitia et jure. 1635.
32. Grosse, Henning : De commodato, 1636.

33. Nottrigel, Christopher: De triplici, circa
orbium corporumq, celestium dispositionem
sive systema mundi, Hypothesium, nempe Ptole-
maicarum, Copernicarum et Tychoniarum
comparatione et selectu. 1636.
34. Strauch, Joh.: De concursu ac praedatione credito-
rum. 1636.
35. Grosse, Henning: De beneficio cessionis bonorum. 1637.
36. Grosse, Henning: De in integrum restitutione. 1637.
37. Nottrigel, Christopher: De calendario Gregoriano. 1637.
38. Remmer, Ferencius: De proci secundae instantiae
et quidem De appellationibus. 1637.
39. Remmer, Ferencius: De sententiis. 1637.
40. Schneider, Michael: Oratio in obitum ---
Johannis Gerhardi... publice recitata in celeberrima
Academia Wittenbergensi. 1637.
41. Strauch, Johannes: De tertio interveniente. 1637.
42. Taubman, Christianus: De testamentis. 1637.

107

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]



DISPUTATIO JURIDICA
DE
TESTIBUS

QUAM

D. T. O. M. A.

Consensu Amplissimi Jctorum Ordinis

SUB PRÆSIDIO

Viri Amplissimi, Consultissimi atq; Excellentissimi

DN. CONRADI CARPZOVII

J. U. D. & Profefs. publ. Curiã Provinc. Consistorii
Ecclesiastici, Fâcultatis Juridicæ, Wittebergæ; & Electora-
lis, per inferiorem Lusatiam, judicii Adfessoris, Decani p. t.
Spectatissimi, Præceptoris & Promotoris nunquam in-
termorituro observantiæ cultu submissè
venerandi,

Ventilationi subijcit.

JOHANNES JOACHIMUS Schmidt
Magdeburgensis.

In auditorio Jctorum die 13. Martij horis matutinis.

WITTEBERGÆ,

Typis hæredum CHRISTIANI THAM.

AN NO CL^o 1^o CXXX,

97
28

3

1630

3

DISPUTATIO JURIDICA

TESTIBUS

Summa

D. T. O. M. A.

Consensu Amplissimi Sacrorum Ordinis

SUB PRAESIDIO

Magistri Augustini, Consulis, Praesidis etc. Excellentissimi

DN. CONRADI CARPZOVII

Magistri, P. R. & P. R. C. Curiae Praesidis, Consistorii

Rechtshilfen, Facultatis Juridicae, Wittenbergae, & Electoris

Magistri in Universitate Lipsiana, Decani, &

Rechtshilfen, Praesidis & Praesidis in

terminis, & observationibus sub

venerandi

Rechtshilfen, Praesidis

JOHANNES JOACHIMUS SCHMIDT

Magister in

In Universitate Lipsiana, Praesidis & Praesidis

WITTENBERGAE

Typis haeberianis CHRISTIANI THAM.

ANNO MDCCXXX





N nomine domini nostri Jesu Christi merito labores nostros aggredimur, Ubi enim Christus non est fundamentum, nullius boni operis est superædificium *c. cum Paulus 1. quest. 1.*

Cum vino vendibili suspensa hedera nihil opus actum agere atque hanc amplissimam ac nunquam satis laudatam probationum per testes materiam, qua ex sententia Mascardi *de probat. vol. 1. q. 5. n. 3.* in universo legum immenso campo nulla fecundior & uberior inveniri potest, encomiis exornare nolui.

THESIS I.

HÆc testium materia inter species plenæ probationis haud postremum locum sibi vindicat *c. cum Joannes ext. de fide instrum. Nov. 73. c. 3. VVesenb. comment. in C. h. t. num. 1.* nec immerito, ad hanc enim tota legum scientia reducitur & ipsi innititur, cum multi non sine magno malo, verum esse illud quod dicitur, non tibi jus sed probatio deficit, experiantur. Manifesti siquidem & indubitati juris est actore non probante reum absolvi *l. 4. C. de edendo.* Quod in sola matrimoniali causa, ubi ob earundem favorem, quando pro matrimonio est suspicio, actore in probatione succumbente, reo etiam juramentum purgationis defertur, non procedere dicit Schneidvv. *part. 1. l. de nupt. n. 30.* Imò tanta est harum probationum vis ac potestas, ut secundum eas, *l. illicitas §. veritas ff. de Offic. Presid. & veritatem l. rem novam C. de judicijs & sicut audit c. judices 3. quest. 7. judex judicare debeat. Sichard. ad rubric. C. de testib. n. 16. Angel. in Nov. 90. c. 1. Mascardi. de probat. vol. 1. quest. 1. n. 21. Covarruv. variar. resolut. lib. 7. c. 1.*

A 2

II, Testimo

II.

Testimonium ferre, si summo credimus Pontifici in *c. praecipuum* 32. quest. 5. & *Wesemb. in comment. in C. h. t. n. 7.* est generosa dignitas, atque publicum ac necessarium munus *l. 1. l. curam. 22. ff. h. t. Wesemb. in parat. ff. eod. n. 2.* Adeo, ut si quis cupiditate, odio vel amore, vel timore occaecatus veritatem testimonio suo comprobare vel detegere recusaverit, cogi possit *l. locum § exhibere ff. de tabul. exhibend. Wesemb. in parat. ff. h. t. n. 2. t. t. extr. de test. h. cogend.* Apud Athenienses testes, qui ad dicendum testimonium vocati in iudicio praesto non erant mille drachmis multabantur, referent Suid. quem allegat *Petr. Gregor. Tholos. syntagm. lib. 48. c. 13. num. 37.* Et hoc fortitur locum tam in criminali quam civili causa. *c. praeerea 6. super his extr. de testib. cogend. ad exemplum tutorum & curatorum multa indicta vel captis pignoribus § antepen. l. de satisfat. tutor. & curat. l. r. in pr. ff. de administ. & peric. tut. Wesemb. in parat. d. num. 2.* Etiam si adhibito juramento se non revelaturum dixerit, quia iuri publico à nemine etiam mediante juramento derogari potest, & pactio ista & juramentum est contra bonos mores & statuta canonica & proinde non obligatorium *c. si diligenti 12. extr. de foro compet. auth. quod en C. de nupt.*

III.

Testes autem à testando hoc est asserendo dicti *Wesemb. C. de testib. n. 2. Arn. de Neyger disp. 6. th. 7. Wesemb. in parat. ff. h. t. num. 1.* sunt qui ad fidem alicujus rei faciendam legitime accersuntur *arg. l. 15. C. de fide instrum l. capite quinto in pr. & §. 5. ff. ad l. Jul. de adult.* Qui enim ultro sese offerunt iudici non sunt admittendi *l. libertorum 12. C. h. t.* (nam hoc ipso suspectus est qui operam suam ingerit invito) *qua omnia 25. ff. de procurat.* Proinde satius est compelli eorum quam ultro sese offerre. *l. 3. §. exhibere ff. de tabul. exhib. Wesemb. in parat. hic n. 2. Petr. Gregor. Tholos. syntagm. lib. 48. c. 13. n. 37. c. illi 5. quasi. 5.* Vel sunt personae quae auctoritate iudicis de aliquo facto, solenniter testantur in iudicio, ut fidem ejus facti faciant iudici, seu ut veritatem adjuvent *l. emancipatione C. de fide instrum. l. curent 22. ff. h. t. Wesemb. C. de testib. n. 6.*

Diximus

omnia quæcunq; de re controversa habet comperta proferat, *Vvesenb. C. h. n. 24. Goth. ad l. 8. C. h. t.*

VII.

Deiurare debent testes antequam testimonium dicant *l. jurisjurandi 8. C. h. t.* multo enim facilius exprimitur veritas à testibus postquam iuramentum ab eis exactum est, quam si post testimonium dictum exigatur. Nec Atheniensium institutum, qui statim post testimonii dictionem testes ad aras ducebant ut jurarent, ad subscribendum contrariæ sententiæ nos adigere potuit, cum Imp. Constantinus priusquam perhibeant testimonium, jurisjurandi religione eos artari præcipiat *d. l. jurisjurandi 8. C. h. t. Duaren. in t. de testib. c. 5. Sich. ad d. l. 8. C. h. t. Per. Gregor. Tholos. syntagm. lib. 48. c. 13. n. 42. Gail. 1. obs. 101. n. 9.*

VIII.

Obstetrices quæ nonnunquam inspectis ventribus vel de partu vel virginitate, & Medici & chirurgi qui de vulnere an lethale, vel cicatrix ex eo remansura sit, deponunt cum ista in testis notitiam non per veritatem sed credulitatem cadant de ea saltem jurant. *Doned. l. ad l. 8. C. h. t.* Publicum tamen officium gerentes, nonnunquam saltem admonitos iuramenti in susceptione officii præstiti deponere dicit *Sich. Ang. ad d. l. 8. C. h. t. Mascard. de probat. concl. 1125.*

IX.

Testi à litigatoribus remitti posse hoc iuramentum manifesti juris est *c. tuis questionibus, c. nuper ext. h. t.* quilibet enim his quæ pro se introducta sunt licitè renunciat. *vulg. l. si quis in conscribendo 15. C. de episcop. & cleric. Sich. & Duaren. d. l. quod tamen in causa criminali vel ubi de matrimonio dissolvendo agitur fieri non posse autor est Mascard, de probat vol. 1. q. 5. tum propter summum matrimoniorum favorem Andr. Gail. 1. obs. 101. num. 6.* Tum quia reipublicæ interest maleficia non esse impunita *l. ita vulneratus § estimatio ff. ad l. Aquiliam & injurato testi in præjudiciū alterius fidem non adhiberi c. hortamur 3. quest. 9. c. non debet c. nuper ext. h. t.* Judex tamen partium hac renunciatione non obstante si ei videatur potest, in matrimonialij autem causa, & ubi de præjudicio publico vel animarum agitur, deferre iuramentum debet. *Gail. d. 1. obs. 101.*

Exci-

X.

Excipiuntur episcopi, qui licet propter reverendam dignitatem ad dicendum testimonium admisi non fuerint, *l. nec honore 7. C. de episcop. & cleric.* jure tamen novissimo injurati propositis sacrosanctis evangelii deponunt *auth. sed judex C. de episcop. & cleric. Sich. ad d. l. jurisiurandi 8. C. h. t. Petr. Gregor. Tholos. d. lib. 48. c. 13.*

XI.

Unius testis etiam omni exceptione majoris cuiuscunque sit dignitatis dicta *l. jurisiurandi 8. C. h. t. & ibi Angel. & Sichard. Vvesenb. C. hic n. 2. l. maritus ff. de quastion.* plenam fidem non faciunt, nec etiam in civili causa probant. Estque ratio quia in ore duorum aut trium consistit omne verbum *l. ubi numerus 12. ff. h. t. c. licet ext. cod.* Semiplenè tamen probare non negamus *arg. d. l. ubi numerus ff. h. t.* In criminalibus nec evangelium nec ulla divina aut humana lex unius etiam idoneo testimonio quempiam condemnat *6. admonere 33. quast. 2. Duar. in t. de testib. c. 5.* Vnde Scævola testem in reum productum cum id respondisset, quod salutem periclitantis maximè læsurum videbatur, discedentem adiecisse referunt, ita demum sibi credi oportere si & alii idem asseverassent, unius namque testimonio credere rem esse pessimi exempli.

XII.

Sunt tamen negotia quæ plures testes exigunt, de jure enim civili ad testamentum septem *l. hac consultissima 21. C. de testament.* nonnunquam octo, cæco testamentum faciente *l. hac consultissima 8. C. qui testam. fac. possunt.* quinque in codicillis *l. si quis 8. C. de codicillis* totidem ad testamentum rustici *l. f. C. de testam.* & probandam feloniam omni exceptione majores *6. unic. in usib. feud. quod testes sint necess.* ut & probandam solutionem, quando securitas in scriptis data, solutio vero debiti sine scriptis facta est, requiruntur *l. testium 18. C. h. t.*

XIII.

Est autem edictum hoc prohibitorium certarum personarum *l. 1. ff. h. t.* ideo adhiberi possunt omnes, qui non prohibentur nec à lege excusantur. Sunt ergo testes vel propriè, vel impropiè habiles vel inhabiles *Vvesenb. in parat. ff. hic n. 2.* Paria quippe sunt testem
non.

non producere, aut talem exhibere, qui de jure ad testimonium dicendum non admittitur arg. l. 2. C. de legibus. Proinde cum cognito uno contrariorum cognoscatur & reliquum l. 1. ff. de his qui sui vel alien. juris sunt dispiciendum nunc de his qui inhabiles sunt, cæteri enim apti esse videntur l. mutus §. cum queritur ff. de procurat. Inhabiles sunt vel naturâ, vel lege, vel religione judicantium l. 1. l. quæstus 13. ff. h. t.

XIV.

Naturâ furiosus & mente captus § testes l. de testam § furiosus l. de inutilib. stipul. ejus enim nulla voluntas est l. in negotiis l. furiosi ff. de R. l. quod de eo intelligendum est, qui dilucida intervalla non habet Mascard. de probat 1358. num. 23. Nam is qui ejusmodi dilucida intervalla habet, de iis quæ intervalli tempore vel vidit vel audivit eo tempore quo recta ratione ducitur, deponere potest l. qui testamento §. ne furiosus ff. de testam. Schzeidvv. in §. possunt l. de testam ordin. num. 6.

XV.

Mutus & surdus, qui omnino nec loqui nec dicta aliena percipere possunt, non autem balbutientes & surdastrî à dicendo testimonio excluduntur l. discretus C. qui testam fac. poss. l. qui in potestate §. surdus, mutus, l. is cui ff. de testam Mascard. d. concl. num. 24. Wesenb. in parat. ff. hic n. 3. his addit etiam cœcum, quod ita intelligendum putant, si de visu testimonium dicat, vel notas contrahentium voces non habeat Arnold. de Reyger disp. 6. th. 7. Mascard. de concl. 1358. n. 27. Alias enim cum testamenti factionem habeat, cur à testimoniî dictione simpliciter removendus sit non videmus. In causis vero quæ probationes luce meridiana clariores requirunt in testem non recipitur, cum nec ipse omni exceptione major sit, nec ejus dicta plenam omnino fidem faciant. Schrad. de feud. p. 9. 2. p. pr. sect. 13. n. 59. Angel. in l. si non speciali C. de testam. n. 4. Mascard. de probat concl. 278. n. 18.

XVI.

Testimonium, contra vulgatum dictærium, teste puero nil certius, Narren vnd Kinder reden gemeinsich die Wahrheit / prohibentur dicere impuberes l. qui testamento ff. de testam §. testes l. eod. Duar.

Duar. in t. de testib. propter lubricum consilium l. 3. §. *Lege Julia l. in-
viti ff. h. t. multis captiōibus suppositum, multorum insidiis expo-
situm l. 1. ff. de minorib. c. testes 4. quest. 2. & ad mentiendum pro-
num l. ex libero ff. de question. & quia jurare non possunt
l. videamus 4. ff. de in litem jurando l. qui jurasse 26. l. jusiurandum 34. §.
pupillo ff. de jurejur. Vvesenb. in parat. ff. de in litem jurando n. 4. & hic. n.
3. testi autem injurato nulla fides adhibetur l. jusiurandi 8. C. h. t.
Vvesenb. in parat. hic n. 3.*

XVII.

In criminalibus etiam pubes factus ante vigesimum annum
ætatis non recipitur l. in testimonium 20. ff. h. t. Pet. Gregor. Tholos. d.
lib. 48. c. 13. De iis tamen quæ proximior pubertati in civilibus, anno
vigesimo in criminalibus vidit testificari potest Schneidevv. in §. te-
stes l. de testam. arg. l. excipiuntur ff. ad Syllan. Arn. de Reyg. de disp. 6. th.
8. lit. a. Excipit crimen læsæ majestis Duar. hic per l. de minore 10.
ff. de question. & Mascard. concl. 462. nu. 3. qui in hoc crimine omnes
alias inhabiles admittit.

XIX.

In causa propria nemo est idoneus testis l. nullus 10. ff. h. t. l. o-
mnibus C. eod. Ideo nec hæres testamento institutus, neque is qui
in ejus potestate est nec pater ejus & quem pater in potestate habet
§. sed neq. 3. de testam. l. qui testamento in pr. ff. eod Schneidvv. in §. testes
7. de testam. num. 10. Nec procurator l. f. ff. h. t. qui commodum &
honorem inde sperare potest, & domino re malè gesta mandati a-
ctio adversus eum competit l. ad comparand. C. mandati Nec negotio-
rum gestor, de se enim exonerando ageret d. l. f. ff. h. t. Nec advoca-
tus qui honorem & palmarium ex causa consequi potest. d. l. f. ff. h.
t. 1. 14. c. de advocat. divers. judicior. Nec socius pro socio nec venditor
pro emptore testis esse potest. Considerant namque jura an quis
commodum ex causa sperare possit.

XIX.

Advocatus, procurator, & negotiorum gestor licet testes vi-
va voce esse non possint, inscripti tamen instrumento adminicu-
lantur Chil. König part. 3. c. 22. Legatarius in eo testamento ex quo
legatum capit testis recte adhibetur §. legatarius l. de testam l. qui testa-

B

mento

mento 20. ff. eod. Negotium enim totum inter testatorem & hæredem agitur §. sed neque 1 de testam. & numerus testium solennis reliquaque solennia ubi tam multa ejus testimonium confirmant, facile omnem mendacii suspicionem à legatario remonent.

XX.

An in causa civitatis vel universitatis, incola vel oppidanus qui est ejusdem universitatis in testem admittendus sit controversatur. Duarenius distinguendo, eum, qui ex re, de qua controversia est, commodum sentit repudiandum, istum verò, qui nihil lucri inde sperare potest, recipiendum esse statuit cum contra. *l. nullus ff. h. t. & l. omnibus ibi Donell. C. eod.* in propria causa testimonium ferre videatur. Nos judicis arbitrio, à quo tota hæc res pendet, & quod in his alligatum non est. *l. ob cæm 21. §. 3. ff. h. t. Wesenb. in parat. hic num. 5.* relinquimus, qui magis scire potest quanta fides testi sit habenda *l. 3. ff. eod.* Negari enim non potest testem affectione non carere: ubi pro jure patriæ aut oppidi cujus civis est testificatur *Alex. cons. 68. num. 4. Wesenb. in parat. h. num. 3.* de consuetudine, nisi res ad singulorum pertineat utilitatem, cum veritas aliter haberi nequit, resque tantummodo hominibus universitatis est explorata, eos etiam cogi posse testatur. Exceptione tamen majores non sunt, cum adversario aliis suspitione carentibus testibus contrarium probante, major fides adhibeatur *l. 21. §. 3. ff. h. t. Menoch. de arbit. judic. quest. lib. 2. sent. 2. casu. 106. Card. Tuschus pract. concl. vol. 8. concl. 205.*

XXI.

Regula tamen allata neminem in causa propria esse idoneum testem, ita intelligenda est, si adversarius repugnet. Eo enim tacente vel consentiente & sic approbante *l. 142. ff. de R. J.* nihil impedit quo minus testimonium in re propria redditum valeat, & ideo si quis parti adversæ juramentum detulerit, & illa conditione delata juraverit, servatur jusiurandum, licet in causa
por-

propria & iudicis & testis personam sustinuerit l. f. C. de fidei commiss.
Donell. ad d. l. omnibus C. h. t.

XXII.

Domesticum testimonium in testamentis reprobaturum & in aliis actibus non admittitur §. in testibus l. de testam. l. idonei 6. ff. h. t. l. etiam C. eod. Wesenb. ff. hic. num. 3. qui domesticos praesertim in criminalibus ne quidem interrogandos esse asserit per l. testes eos 24. ff. h. t. c. in literis ext. eod. Dicuntur autem domestici quibus potest imperari ratione patriae vel dominicae potestatis, & in quos jus aliquod habemus, ut sunt mercenarii, famuli & coloni nostri l. praesenti §. 4. & 5. C. de his qui ad eccles. confug. Schneid. in §. testes l. de testam num 9. Sichard ad l. etiam C. h. t. qui cum aliquo degunt l. res piciendum. §. furta ff. de poenis l. 1. §. familiae ff. de publican. & vectigal. l. 2. §. hac actio 14. ff. de vi bonor rapt. qui vivunt ad unum panem Nov. 5. c. 3. Strictius tamen in testamentis, quam in iudiciis domesticum testimonium accipitur. Donell. ad l. etiam C. h. t.

XXIII.

Famuli testimonii dicendi gratia abjecti testimonium non recipitur, si simulata dimissio sit, quae praesumitur, si post litis contestationem expulsus reddito testimonio iterum recipiatur, frustra igitur hanc cautelam dant Abbas & Aegid. Bellam. referente & refellente Sich. Angel. & Donello in l. etiam jure C. h. t. num. 9. 2. Card. Tuscho. pract. concl. vol. 8. concl. 202. Malitiis namque hominum non est indulgendum l. in fundo 38. ff. de Rei vendic. neque ex fraude sua dominus lucrum consequi debet l. ne ex 12. ff. de dolo. Gabriel. de testib. concl. 10. Cauti proinde advocati est interrogari curare testem, quare fuerit licentiatus, & an sit reversurus. Mascard. de probat concl. 533. Licet enim Didac. Covarr. pract. quest. c. 18. num. 7. neget testem respondere teneri interrogationibus, per quas turpitudine eius detegitur. Contrarium tamen praxis quotidiana observat, cum interrogari videamus testes.

Ob sie im Geistlichen bann oder ahte sein ? Ob sey einer öffentlichen mißhandlung Todtschlages / Ehebruchs oder anderer schuldig ?

B a

schuldig



schuldig? Ob sie in dieser sache geschene genommen? Teuber in pro-
cess. c. 17. quest. 9. & ad indagandam contra testes veritatem ex ipsis
testibus desuper interrogatis, & ad effectum faciendi variare testes,
interrogatoria fieri VVesenb. C. h. t. n. 34. & 42. Maranta part. 6. actu 7.
de interrogat. product.

XXIV.

Subditus ratione Jurisdictionis rectè in causa domini testifica-
tur modo juramentum remittatur Vult. Jurisprud. Rom. lib. 2. c. 31. Ga-
briel concl. n. 21. VVesenb. in parat. hic n. 3. alias contingeret faculta-
tem probationum angustari contra l. quoniam. 21. C. de heret. & Ma-
nich. & sequeretur plerosq; magistratus in sua ditione idoneos te-
stes non esse inventuros Hailm. de testib. c. 8. Spectandum tamen
ingenium domini an ferox sit & facile subditis succensere soleat,
si enim minæ & terror suspicari possint non sunt idonei Sic. & Do-
nellus ad l. eos testes. C. h. t. König part. 3. c. 22. Vasallus contra domi-
num testimonium dicere non potest, si enim dixerit feudo priva-
tur 2. feud. t. 24. & t. 33. Officium autem nemini debet esse damno-
sum. Deinde vasallus comparatur liberto, qui jure civili nec pro-
ne contra patronum testimonium perhibere potest l. libertorum
C. h. t. l. Lege Julia ff. eod.

XXV.

Cum Propinquitatis & familiaritatis affectio veritatem impe-
dire soleat c. consanguinei c. accusatores 3. quest. 5. & amici arcta ami-
citia conjuncti qui consanguineis æquiparantur l. cum allegas 4. C. de
castrensi pecul. mil. lib. 12. & inimici Menoch. de arbit. judic. quest. lib. 1.
quest. 28. Kotschitz in processu part. 1. sect. 2. n. 3. & qui cum eis con-
versationem familiarem habent c. cum oporteat ext. de accusat. ex cau-
sa affectionis repellantur l. 3. ff. h. t. l. eos C. eod. & injuria uni de fa-
milia illata toti cognationi facta videatur Schneidvv. in §. patitur l. de
injur. n. 15. ne in propria causa testimonium dicat frater, eum non
tantum non cogendum, verum etiam ne volentem quidem admit-
tendum esse cum Sicard. & Menoch de arbit. judic. quest. lib. 2. cas. 104.
ad defensam tamen recte produci cum Claro §. f. quest. 24. num.
29. statuimus.

Paren-

XXVI.

Parentes in liberorum & liberi in parentum controversijs non sunt idonei testes, naturâ enim pater & filius una & eadem persona esse intelliguntur *l. f. C. de impub. & alius substit. l. parentes 6. C. h. t. l. testis 9. l. testes eos ff. eod. Wesenb. hic n. 3.* & pater præsumitur plus diligere filium quam seipsum *l. pupillorum 7. §. si pater & ibi Gothofr. ff. de reb. eor. cum nullus affectus vincat paternum l. cum furiosus 7. C. de curat. furiosi quod in ascendentibus & descendentibus in infinitum procedit l. quique 4. §. 2. ff. de in ius vocand. c. si testes §. testis 4. quast. 3. Gabriel. de testib. concl. 17. m. pr.* Restrigitur tamen ut non habeat locum quando filius in expeditione de castrensi peculio testatur *l. qui testamento 20. §. per contrarium ff. de testam.* In causa matrimoniali *c. videtur ext. qui matrim. accus. poss. Gabriel. de testibus concl. 9. num. 1.*

XXVII.

Maritus uxoris & uxor mariti testis esse non potest, idque propter affectionem, quia censentur una caro *c. debitum ext. de digam. honorem & reverentiam, ut & rerum omnium communionem qua utuntur l. 1. 2. & 3. ff. rer. amotar. l. adversus 4. C. de crim expilat. heredit. l. alia 24. ff. solut. matrim.* Uxor, quia maritus imperare potest uxori, Maritus, quia nonnunquam magis uxorem timet quam dominum *l. 4. ff. de inofficios. testam. Pet. Gregor. Tholos. syntagm. l. 48. c. 13. Gabriel. de testib. concl. 16. Wesenb. in parat. hic. num. 3. Hailm. de testib. c. 8. concl. 5. Pruckm. ad l. in multis ff. de statu homin.* Idem juris est in sponso & sponsa, amasio & amasia, qui enim nimio amasiam amore ardent, magis earum minas timent quam eorum, quibus eos obedire conveniret, & pro amasia amans omne fas ac nefas committeret *l. necessarium 2. §. & cum placuisset ff. de origin. juris. nec fidem religioni judiciariæ debitam gratiæ & potentatui præferre posset l. eos testes 5. C. h. t.*

XXIIX.

Infamis de rigore juris repellitur *l. 2. ff. de senator. l. 3. §. lege Julia ff. h. t. c. licet causam §. quanquam ext. de probat.* quia testimonium ferre est generosa dignitas *c. præceptum 32. quast. 5.* ea autem in quibus aliqua dignitas versatur infami sunt interdicta *l. 1. C. de*

infam lib. 10. Unde haud inconcinne quaeritur, ane testi excipi-
endo infamiam aut crimen aliquod opponens & postea in pro-
batione ejusdem succumbens teneatur injuriarum? negat *Chil Rō-*
ntig part. 3. c. 22. Fachin. contrav. ib. q. c. 13. 1. Quia is, contra quem
producitur non animo injuriandi, sed ad juris sui defensionem ob-
jecit *l. illud elegantur ff. quod quisq; juris l. nullus ff. de R. 1. 2.* Quia te-
sti etiam probatio criminis maculam infamiae juris non aspergit,
nec etiam propterea punitur *l. Lucius 21. ff. de his qui notant. infam.*
Tradit etiam cautelam ut adijciat excipiens protestationem se
hoc non facere animo injuriandi. Et Clarus §. f. *quest. 53. num. 4.*
advocatos protestationem hanc citra animum injuriandi fre-
quenter exceptionibus contra testes apponere dicit.

Contraria tamen sententia, quae probabilior est, nos nostrum
calculum addimus per *l. 1. C. de advocat divers. judicior. l. si non con-*
viti. l. si quidem C. de injur. l. si tibi C. de liberal. causa l. si verò ff. que-
satus. cogant. Schneidvv. L. de injur num. 17. Vvesenb. C. hic num. 45.
Licet enim testis non juris facti tamen infamia notatur. Et ani-
mus injuriandi non tantum ex verbis per se injuriosis, sed etiam
defectu probationis probatur, & decisi juris est protestationem
facto contrariam esse ipso jure nullam *c. sollicitudinem ext. de appell.*
Iason in l. illud eleganter ff. quod quisque juris num. 2. Clarus d. l. Gail.
7. obs. 101. Kotschig in proces. art. 21. num. 3. Damhoud. pract. crim. c. 7.
Infamis neque de his rebus, quae, antequam infamis factus est, vi-
dit, testis esse potest *l. 3. §. duæ ff. de Carbonian edict.*

XXIX

Prodigus in testamento testis esse prohibetur *l. is cui 18. ff.*
de testam. Mascard. concl. 1358. num. 38. tractans enim stultè & fatuè
bona propria, in negotiis alienis nullam fidem meretur *l. 1. ff. de*
curat furios. *Hailm. de testib. c. 8. & furioso comparatur l. is, cui*
6. ff. de V. O. Prodigus autem is est, cui interdicitur bonorum suo-
rum administratio *l. Iulianus 10. ff. de curat. furios & sic sententia*
declaratoria requiritur, per quam declaretur prodigus d. l. is, cui
ff. de V. O. l. patri 27. ff. de minor. l. si curatorem 3. C. de in integer.
restit. Schneidvv. in §. furiosi l. de curat num. 8.

Summa

Fœmina tam in civilibus quam criminalibus rectè testimoni-
um fert, idque tam ex juris dispositione *l. ex eo 18. & ibi Gothof. ff. h. t. c. ex eo 15. quest. 3.* quam hodiernæ consuetudinis vigore *Vvesenb. C. h. t. num. 27.* In testamento tamen muliebri testimoni-
um non rectè intervenit *§. testes l. de testam. ordin. & ibi Schneidevv. Heig. & Borch. l. qui testamento 20. §. mulier. ff. de testam. Clarus in §. testamentum quest. 55. num. 2.* non ob sexus imbecillitatem, ut
quidam existimant *c. forus ext. de V. S. nam si ratio ista perpetua
esset, nunquam adhiberi possent.* Sed quia in solennibus mu-
lieris testimonium non est idoneum *l. 2. ff. de R. I. l. optimam C. de
contrah. stipul. adhibitio autem testium descendit ex jure civili, quo
testamenta in comitiis, quibus mulieres interesse nequibant,
fieri solebant. Hunn. ad Treutl. vol. 2. disp. 5. th. 8. lit. c.*

Nec in causa feudali *c. 1. quot testes sint necess. in usib. feud. Io-
doc. Damhouder in prax. crim. c. 50. num. 24.* Nec contra Christia-
num à Judæo produci potest. *c. licet universis ext. h. t. Prückman
ad l. in multis ff. de stat. hom. part. 1. membr. 2. art. 11. & 14.* In illis
autem testamentis, quibus solennia juris remittuntur, mulier te-
stis esse non prohibetur, ut in testamento ad pias causas *Clarus §.
testamentum quest. 6. num. 4. & quest. 55. num. 3. Covarr. in rub. de te-
stam. c. 11. num. 7. parentum inter liberos Heig. §. testes l. de testam.
& codicillis Hunnius d. l. Minus tamen creditur fœminis quam
viris, nisi fœminæ sint nobiles, masculi vero ignobiles, aut fœmi-
næ pro reo deponant, tunc enim propter favorem absolutionis
pro testimonio muliebri pronuntiatur *Prückman ad l. in multis part. 1.
membr. 2. art. 17. & 18. ff. de stat. homin. Marant. in l. is potest. num. 326.
& seqq. ff. de acquirend. heredit. Vvesenb. C. h. t. n. 12.**

XXXI.

Bannitus & sic quilibet hæreticus *c. excommunicamus ext. de hæ-
ret. Kotschitz part. 1. art. 18. num. 6. 7. 8.* qui pecuniam ad testifican-
dum accepit *l. 3. §. 5. ff. h. t. l. eos 5. l. si quis 17. C. eod. c. 1. c. quo-
ties, c. sicut ext. eod. arg. l. 7. C. quando prov. non est necess. Vvesenb. C.
hic. num. 24.* qui pauper est, testificari non potest. *l. 3. in pr. ff. h. t.*
Sola tamen paupertas quæ de genere malorum nō est *c. illa 15. quest. 1.*
testem

testem non repellit, nisi alias de subornatione suspectus sit. Ex-
ceptione vero major non est, & plus creditur diviti quam pauperi
contradicens *Vvesenb. C. h. t. num. 12.* Pauperem autem quidam
cum esse qui quinquaginta aureos in bonis non habet *Gothorf. ad d.*
l. 3. quidam eum cui centum aurei non sunt *S. sed nostra l. de success.*
libert. quidam non habentem bona tanti valoris quanti est causa
super qua testificatur. *Chil. König part. 3. c. 22.* Nos cum Me-
nochio iudicis arbitrio relinquimus, qui prudenter considerabit
an paupertas fidem testimonii diminuat. Admodum enim diffi-
cile est hic certam regulam, quando infamia notato, pauperi &
alias inhabili fides sit adhibenda, constituere, In casu difficilis pro-
bationis & quando veritas aliter haberi nequit admittendos esse,
putamus *l. quoties 3. C. de naufragis lib. 17. Pet. Gregor Tholos. syntagm.*
lib. 48. c. 13. num. 2. Hailm. de testib. c. 8. Menoch. de arbit. judic. quest. lib.
2. cas. 65. & 96. Covarr. variar. resolut. lib. 2. c. 6. num. 8.

XXII.

Quod vulgo dicitur mille testes singulares minus probare
quam unum, de obstativa & diversificativa non cumulativa & ad-
miniculativa singularitate quæ testimonium auget & confirmat
intelligendum, hæ enim probationes singulares, quando aliquid
ingenere est probandum conjunctæ, plenam probationem con-
stituunt *And. Gail. 2. obs. 66. n. 10, 12. Vvesenb. in comment. C. h. t. num.*
13. Andr. Rauchbar. part. post. quest. 5. num. 4. 5. 6.

Contraria absque animo & causa correctionis iusta depo-
nens non tantum fidem nullam meretur, sed etiam punitur *l. qui*
falso ff. h. t. c. licet causam ext. de probat. statim tamen & in continen-
ti propriam depositionem corrigentis ultimæ depositioni statuitur
Vvesenb. C. hic num. 45.

XXIII.

Sunt quædam personæ, quæ enumerantur *in l. lege Julia 4. l. 5.*
s. l. 18. ff. h. t. Et testari non coguntur. Cessat autem hoc privile-
gium quando veritas aliter indagari nequit, tum enim favore
eruendæ veritatis, etiam alias inepti testari coguntur *l. quoties 3. C. de*
naufrag.

nauftrag. lib. 11. producenti tamen probatio necessitatis veritatem
aliter haberi non posse incumbit. *Vvesenb. l. h. t. n. 26.* Sacerdos ad
testimonium dicendum de iis, quæ per modum confessionis illi sunt
credita, cogi non potest. *Gail. 1. obs. 99. Diss. Vvesenb. C. h. t. num. 26.*

XXXIV.

Testis ut probet bonam & certam scientiæ suæ causam per
sensum proprium corporeum, interrogatus tamen à iudice, ne
pro nugigerulo habeatur, assignare debet, hæc enim est quæ di-
ctum ejus salvat & destruit *l. solam C. de testib. c. cum causam 37. c. præ-
terea ext. eod. Iodoc. Damhoud. prax. crim. c. 77. num. 17.* & plerumque
interrogatur *Warumb zeuge diesen Articul vngeschewet bejahren
dürffe?* Unde testis de auditu alieno fidem non meretur *c. imprimis
2. quest. 1. c. licet ex quadam ext. h. t. cum de iis quæ novit & vidit, &
sub præsentia testis acta sunt testimonium proferre debeat. c. testes
3. quest. 9. nisi in factis antiquis l. si arbiter ff. de probat. in quibus ra-
tio de auditu ante litem motam valet, quam specialitatem propter
difficultatem & impossibilitatem probandi, inductam esse testatur
Chil. König part. 3. c. 27.* Idem juris est in deponente de creduli-
tate *Vvesenb. C. h. t. num. 7. 34. Marant. in spec. part. 6. de testium product.
num. 9. & seqq. Notschitz part. 1. art. 28. n. 6. & 8. Vult. J. R. lib. 2. c. 31.*

XXXV.

Testes ergo habiles & qui intestabiles non sunt, lite contestata *c. 1. & 2.
ext. ut lite non contest.* nisi in casibus exceptis quos notavit *And. Gail. 1. obs.
92. ex c. quonia* frequenter *ext. ut lite non contest. & c. significavit ext. de testib.
& 1. obs. 59. n. 5.* probaturus propriis sumptibus prænumerandis & apud
iudicem deponendis *l. quoniam 11. C. h. t. Vvesenb. C. hic num. 34.* habita ra-
tio ne personarum, ubi licet testis ob testimonium lucrum non qua-
rere sed veritati gratis assistere debeat *c. non sane 14. quest. 5.* ne ta-
men ob utilitatem alterius ex officio suo damnum patiatur, in mer-
cenario operarum ratio habenda est *Gail. 1. obs. 99. Arnold. de Rey-
ger in proc. judic. disp. 6. tb. 12. luc. Vulteius J. R. lib. 2. c. 31. Not-
schitz in process. part. 1. art. 26. Vvesenb. C. de pignorat. action. num. 17. in-
tra terminum qui de jure civili est arbitrarius, jur. autem Saxonum*

C

Sex

Sex septimanarum & trium dierum producenti à tempore rei judi-
caturæ re producenti à tempore insinuata citationis ad publicationem
attestatorum, *Proceß. vnd Gerichts Ordnung Johann Georgen,*
tit. Von beweifung & t. von legenbeweifung producat.

XXXVI.

Est autem citanda pars adversa ad videndum si velit recipi &
jurare testes & dandum interrogatoria l. *si quando* 19. §. *sed cum*, *auth.*
sed & si C. h. t. l. judices 18. C. *de fide instrument.* utilis est ethicet im-
pfa publicatione rotuli, protestatio de excipiendo contra personas
& dicta testium *Vvesenb. in parat. ff. hic num. 5. & C. n. 34.* alias si non
fuerit protestatus adversarius se suo loco velle excipere, de malitia
jurare debet. *c. presentium ext. h. t. Gail. 1. obs. 87. num. 3.* cum videat-
ur actui consensisse, jura sua perdidisse & iis renuntiasse. Ea ve-
ro in termino non comparente testes recipi sacramenti religione
astringi & examinari possunt *arg. l. publicati C. de testam. s. 2. c. signi-*
ficavit ext. de testib. Vvesenb. hic num. 4. Examinari tamen possunt
parte non citata ad informationem judicis in instituenda inquisitio-
ne *c. qualiter & quando ext. de accusat. Gail. 1. obs. 26. num. 10.* & ita
observari dicit *Clarus praxi crim. §. f. quast. 11.* Et hic fiscus, & judex
ejusmodi solennitatibus non astringuntur *Jodoc. Damhouderius prax.*
crim. c. 8. num. 18. Propriè tamen testes non sunt, cum potius ad in-
formationem curiæ & instruendum quam probandum lite non
contestata nulloque servato ordine recipiantur.

XXXVII.

Terminus iste ad probatum habendum non est. Nova enim
Electoralis constitutio 16. *part. 7. in pr. & Elector Saxon. Johann Ge-*
org. juris Saxonici protector, defensor, illustrator & declarator in
seinem proceß. vnd Gerichtsordnung t. 20. Von der beweifung
jubent exhibere articulos & testari diligentiam apud judices vel
commissarios, proinde sufficit testes præ finito tempore jurare, uti
communis & crebrior est opinio à qua non facile recedendum *l. unic.*
ff. de Officio quastoris. Et tunc, si non constat testem omni fide esse
indignum, sed adversarium exceptiones tam contra personas
quam dicta testium in tempus disputationum reservasse *Vvesenb. in*
parat.

parat. hic n. 3. etiam post terminum probatorium ad eorum exami-
nationem secreto faciendam Vvesenb. C. hic. num. 34. procedi potest
& debet. Ubi iudex discretus aut commissarius omnia per quæ
veritas melius perscrutari potest juxta versus.

*Auditus, visus, persona, scientia, causa,
Fama, locus, tempus, quid certum, credulitasq.
Dum testes recipit, iudex hac cuncta notabit.*

Expiscari debet. Vvesenb. C. hic. n. 34. & 43. Refertur namque
depositio ad tempus juramenti. Maranta in spec. part. 6. de testium
productione n. 4. Notschik part. 1. art. 16. 1. n. & 2.

XXXVIII.

Examinatione facta producentis erit publicationem rotuli seu
attestatorum petere, & ulteriori testium productioni renuntiare
propter timorem subornationis c. fraternitatu ext. h. t. Arnol de Key-
ger in process. judic. disput. 6. th. 13. Notschik. part. 1. art. 29. post publica-
tionem à parte, etiam nondum perlectis attestacionibus, licet con-
trarium in Camera observari dicat. And. Gail. 1. obs. 105. testes produ-
ci non possunt d. constit. et. 16. part. 1. inf. ex officio tamen re-
cte recipuntur Chil. Regulis in proces. part. 3. c. 35. Vvesenb.
C. hic. num. 36.



Præstan.



*Ex Prestantissimi ac Literatissimi Domini Respondentis, & ha-
rum thesum auctoris, amici & fautoris sui
exoptatissimi*

N O M I N E

quod est

J O H A N N E S J O A C H I M U S S C H M I D I U S

Αναγκαματισμης

H O C D I C O , I N H I A S M U S Æ , M U N I S H I S

Dum referas, testem qua disponantur ad aptum,
Discursuq; doces, quod potes arte, tuo.

Cur non sis dignus, cui plaudat nostra Thalia?

Cur laudet studium non quoque quisque tuum.

H O C D I C O , M U S Æ J o v æ T h e m i d i q; p r o b a t a

Toto I N H I A S nisu, qua tibi sola placet.

Hinc legum secreta tibi panduntur, & audis

Jurisprudens doctus ab ore viri.

Progressus doctæ censura subicitis altero,

Ex amensq; thesis sustinuisse cupis.

H I S operis M U N I S studium, quo fidere possis

Tutò illi, vero falsa nec anteferas.

Hinc, ita si pergas, laus major, major honorq;

Exurget studiis, Jan Joachime, tuis.

Johannes Sigismundus Reill
Dresdensis, LL. Studiosus.


ULB Halle
004 961 196

3



W177







DISPUTATIO JURIDICA

DE

TESTIBUS

QUAM

D. T. O. M. A.

Consensu Amplissimi Jctorum Ordinis

SUB PRESIDIO

Viri Amplissimi, Consultissimi atq. Excellentissimi

DN. CONRADI CARPZOVII

J. U. D. & Profes. publ. Curia^e Provinc. Consistorii
Ecclesiastici, Fâcultatis Juridicæ, Wittebergæ; & Electora-
lis, per inferiorem Lusatiam, judicii Adsefforis, Decani p. t.
Spectatissimi, Præceptoris & Promotoris nunquam in-
termorituro observantiæ cultu submissè
venerandi,

Ventilationi subijcit.

JOHANNES JOACHIMUS SCHMIDT
Magdeburgensis.

In auditorio Jctorum die 13. Martij horis matutinis.

WITTEBERGÆ,

Typis hæredum CHRISTIANI THAM.

AN NO CL^o 1^o CXXX,

97
28

3

1630

3